Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II.

Wien, 1794 Seite 1849

Quelle:
Copyright:

ſalis Eccleſie vt ſtet firma ſub pedibus ſummi Pontificis. Reſolucio argumentorum vtrum Hereticí habeant Sacramenta Eccleſie, an non. Dyalogus cum Martino luthero de nouem eius erroribus vel hereſibus contra Euangelium ſolum. Confutacio ſcriptorum omnium martini lutheri; Et precipue quecunque ſcripſit contra vota monaſtica Et alia deo debita. Dialogo incluſa, in quo inſulſe *Sapa futat* et *Papa confutat. Reſponſum Catholicum ad dogma Hereticum martini lutheri de inſtituendo paſtore Eccleſiaſtico.* Atque hic ceteris prolixior et ultimus contra *Lutherum* Tractatus eſt. A *fol. 272. p.* 2. habentur: *Reprobacio omnium Errorum Grecorum hereticorum. Libellus buslutber vocitandus Translatus de lingua bohemica in linguam latinam per Johannem foelicem polonum: Et correctus de vita et cremacione Johannis de buſſinecz Et Jeronimi de praga: per diſcipulum eorum conſcriptus petrum de mladenavecz Qui fuit Notarius domini Johannis de chluma* &c. Autorem hujus Relationis ignoraſſe videntur Editores *Opp. Huſſi*, qui eam ex alia tamen Verſione *Tomo* II. edit. 1715. p. 515. ἀνώνυμον inſeruere. Αὐτογράφον in templis Eccleſiae *Boemicae* legi ſolitum teſtatur *Lupacius* ad 7. *Febr.* qua die a. 1451. obiit Autor *Petrus de Mladenavecz* ſive *Mladonowicz* Paſtor aedis D. *Michaelis* in antiqua urbe *Prag. Huſſo*que admodum carus, ut liquet e variis locis T. I. *Opp. cit.* Atque vel ex hac obſervatione colligi vellem, nihil veterum Scriptorum temere contemnendum aut abjiciendum eſſe, cum paene e quovis in literariam ſaltem Hiſtoriam lux aliqua deflecti queat. Quod *correctum* ait Libellum *J. Felix* noſter, interpolatum animadverſionibus ejus intellige. In iis *Poggius* quoque *Hieronymi Prag.* laudator ſuo congiario non fraudatur. Sequitur: *Libellus contra Johannem Perſteynecki*, cujus adſcribo initium: *Rogo ne imputetur michi tarda reſponſio ad viginti ſex articulos Cuiusdam Johannis Perſteinecki: Quos miſit diſcernendos nobis Bohemis morauis polonis ac Ruthenis Qui ſumus de vno linguagio quamuis in aliquibus ſillabis mutatur: Vtrum ſint Catholici an heretici, Quia venerunt in manus meas feria quarta poſt letare Anno &c. XLV. Et eadem hora cepi reſponſum dare quod ad omnes mitto vniuerſitates — et quia nondum bene didici bohemice ſcribere. malui latino ideomate reſpondere* &c. Articuli memorati ex *Anabaptiſtarum* et *Picardorum* Schola ſunt. Neſcio, an Autor ſit *Job. a Pernſtein* Baro *Boemiae* atque *Moraviae*, cujus mortem *Lupacius* ad 8. *Sept.* et *Oct.* anno 1548. nunciat. *Improbacio quatuor articulorum buſſitarum alias vuiccleſitarum. Condempnacio Secte ſeu legis machometice.* Demum: *Ouilegium ſermonum pro cruce ſignatis.* Vides dici de Noſtro poſſe: *Manus Ejus contra*